



filiaesion. Monsuero samariae. Propter  
 superbiam & iactantiam custodis manda-  
 torum mundi. intellegitur super hereticis qui  
 despiciunt ecclesiam. quia infirmam mundi  
 legunt ut confundat fortia & stulta ut  
 perdat sapientiam sapientium. & intel-  
 legentiam prudentium reprobat. isti unde  
 inuenerunt primitias gentium. ut sub  
 nomine xpiano introducerent eos in cor-  
 colaria sua. ubi non calcatur uua sed per-  
 ditur. ubi non mustum exprimitur.  
 sed uenenum; & ingressi sunt sibi. Pul-  
 chre dixit sibi. Non enim ingressi sunt  
 in dno. sed sibi ingressi sunt. Alioquin  
 do magis egressi sunt diu recedunt de eccle-  
 sia. quod sequitur. domus isrl. iuxta  
 lex in principio capituli sequentis elege-  
 dum est. iuxta hebraeos in finem huius  
 quod exposuimus.

**EXPLICIT EXPLANATIONUM IN AMOS.**  
**LIBER II. INCIPIT LIBER TERTIUS.**

**P**raepostero ordine. atque confuso  
 duodecim prophetarum opus. & coe-  
 pimus. & xpō adiuuante complemus.  
 Non enim a primo usque ad nouissimū.  
 iuxta ordinem quo leguntur. sed ut potu-  
 imus. & ut rogati sumus. ita eos disseru-  
 imus. Naum. micheam. sophoniam.  
 & iageum. paulae. eius quae filiae. custo-  
 chio. Secundo in abbauc duos libros.  
 Chromatio aquilaeiensi epō delegauit.

87  
 tercio. post longi temporis silentium. ab  
 diam. & ionam. tibi imperanti. edisserui.  
 Praesentiano. qui sexti consolatus archa-  
 di augusti. & anici. probi. factis. nomen  
 inposuit. & superio tholosanae ecclesiae  
 pontifice. zachariae eiusdem urbis. mimer-  
 uio & alexandro monachis. malachiam  
 prophetam interpretatus sum. statim  
 que recurrent ad principium uoluminis.  
 osee. & iohel. & amos tibi negare non potui.  
 & post grauissimam corporis aegrotati-  
 onem. dictandi caeleritate. ostendite  
 meritatem meam. ut quod alii stultum spe-  
 uertendo non audent scribere eo commit-  
 terem casui. qui perditam sequitur.  
 & de ingenio atque doctrina audaciae  
 periculum facere. quō ut saepe testatus su-  
 laborem propriae scribendi manu ferre  
 non ualeo. & in explanatione scripturarum scrib-  
 turarum. non uerba compositae & orato-  
 rius floribus adornatae sed eruditio & sim-  
 plicitas queritur ueritatis.

**T**ransite in chalannae. & uidete. & ite-  
 inde in emath magna. & discendite in gal-  
 palestinorum. Lxx. transite omnes in  
 chalannae. Quae nunc appellatur. & si-  
 phon. & transite omnes. Qui sunt isti omnes.  
 utique illi de quibus supradixerat. opti-  
 mates capita populorum. & qui opulen-  
 ti estis in sion. & confiditis in monte sa-  
 maria. Vos igitur transite in emath